S ad filios hominum. Qui au.

SAPIENTIA clamitat in plateis si quis diligit sapi
entiam ad me declinet et eam inveniet et eam dum invenerit
beatus est si tenuerit eam. A. Sapientia edificavit sibi domum
excidit columnas septem subdidit sibi gentes superborumque
et sublimium colla propria virtute calcavit. A. Omnis sapien
tia a domino deo est et cum illo fuit semper et est ante evum ae.
A. Ego in altissimis habito et thronus meus in columna nubis.
A. Sicut malum inter ligna silvarum sic dilectus meus inter
filias aevia. A. Dominus possedit me in initio viarum suarum
ante quam quicquam faceret a principio nec dum erant
abyssi et ego parturiebar quando preparabat celos aderam
cum eo componens omnia. A. Prebe fili cor tuum michi et ocu
li tui videant equitates ut addatur gratia capiti tuo.
A. Magna enim sunt iudicia tua domine et inenarrabilia
verba tua magnificasti populum tuum et honorasti.
Per duos dominicos dies. q̄ p̄mū insep̄t occurrit. de libro Iob

I

Fragm. 604

License: cc-by-nc – Wien, Österreichische Nationalbibliothek, , Fragm_604_Farbkarte – Antiphonarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-w4m4/2831/33245)